



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

32. An si Religiosus largiatur munera alteri Religioso, incidat impœnas
hujus Bullæ? Ex p. 1. t. 6. r. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

§. 1. **N**egatiuè respondent Villalobos in summ. tom. 2. tract. 35. diff. 14. num. 5. vbi sic ait: *Dize Nauarro, que de licencia presumpcia podria llevar sus escritos de mano, que fuesen inuitiles à la primera Religion, quales parece que son los apuntamientos de los estudiantes, porque en este caso se puede presumir la licencia del Superior. Mas no podra llevar los papeles de importancia sin licencia del Prelado.* Sic ille, & post illum Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regul. resol. 123. num. 82. & Faustus in Thes. Rel. g. lib. 5. q. 386. num. 3. Hac opinio est probabilis.

3. Sed contrariam non minus probabilem etiam esse existimo, quam alibi etiam docui & tenet Ioannes Valerius in differ. vtr. fori. ver. Regularis, differ. 8. ubi licet scripta sint omnino correcte per Authorem, & Domus transeuntis velit illa typis mandare, vnde ait Valerius: Vidi quemdam Religiosum doctissimum secum detulisse duos libros à se compositos, nulla ad id licentia à suo Prælo petita, qui Religiosus erat ex Societate Iesv, & transitum fecerat ad nostrum. Ita Valerius.

RESOL. XXXII.

An si Religiosus largiatur munera alteri Religioso, incidat in pœnas huius Bullæ? Ex part. 1. tract. 6. Refol. 18.

§. 1. **V**idetur respondendum affirmatiuè: quia in hac Constitutione prohibentur largitiones munerum inter ipsos Religiosos: & ita tenet Barthol. à S. Fausto in thes. lib. 8. q. 209. n. 2. & Paulinus Berti in explicat. huius Bullæ p. 1. fol. 414. col. 2.

2. Sed ego puto, quod si aliqua ambitio in Religiosis non præsumitur, largitio munerum inter ipsos non est prohibita. Et colligitur aperte ex verbis Bullæ: *ibi: Ne praua ambitione impulsus.* Vnde Religiosus qui alteri Religioso præberet munera, sine vilo ambitionis intento, non includeretur sub hac prohibitione: nam, vt diximus, hæc prohibitio fundatur in præsumptione ambitionis: vnde, si ea cesset, cellabit etiam prohibitio, saltem in foro conscientie: lex enim fundata in præsumptione, non obligat in conscientia, si præsumptio deficiat. Et ita in terminis nostræ Bullæ resoluit hoc quaesitum Ioan. Valerius in diff. vtriusque fori verb. munera. n. 82. Vide infra Refol. 33.

RESOL. XXXIII.

An si in aliquo speciali casu Religiosus largiendo munera nec dissiparet bona Religionis, nec rale donum illa fuerit ambitionis occasio incidat in pœnas huius Bullæ?

Et explanatur, quod quando cessat finis adæquatus legis in particulari, cessat obligatio legis. Ex part. 1. tr. 6. Refol. 33.

§. 1. **R**espondeo negatiuè quidquid in contrarium asserat Faustus in thes. Relig. lib. 8. quaest. 209. & Paulinus Berti in explicat. huius Bull. part. 1. 3. part. 2. disp. 15. sect. 3. num. 18. quia finis Constitutionis pontificiæ fuit, tollere occasionem ambitionis, & dilapidationis honorum: sed in nostro casu cessat ratio, & finis legis: ergo lex non obligat.

2. Sed quia codex rarus est ponam per extensum verba Granadi, qui ita asserit: [Licet leges condantur propter bonum commune, adhuc ea obligant

etiam singulos subditos in particulari, & in singulis habent vim eæ rationes, propter quas conduntur. Vnde, quando in aliquo particulari cessant, cessat quoque legum obligatio: vt g. lex non largiendi munita, quam Clemens VIII. edidit, condita fuit propter commune bonum Religionis: sed tamen singulos obligabat, & in singulis habebant vim rationes illius Constitutionis, nempe, ne dissiparetur patrimonium Christi Domini, nec esset occasio ambitionis: quare, si in aliquo speciali casu, nec Religiosus dissiparet patrimonium Christi, nec vlla foret occasio ambitionis, consequenter ceteri deberet lex non obligare.] Ita ille, & ex nostris P. Megala consil. 33. n. 6. Et satis quidem probabiliter: nam, vt * alibi fuit probatum est, quando cessat finis adæquatus legis in particulari, cessat obligatio legis, vt præter Granado docet noster P. Megala vbi sup. & in 2. lib. 1. cap. 7. quaest. 2. num. 55. Soula in hac Bulla. fund. 5. Henriquez lib. 1. cap. 17. n. 2. in Glossa, lit. O. Nauarrus tom. 4. comment. in rub. de iudiciis, num. 74. & seq. Abbas in c. quia in infulis de regul. Angelus ver. lex. n. 4. cas. 2. S. a. verb. lex, n. 2. & verb. ludus, num. 1. quidquid in contrarium asserant Valquez, Suarez, Sanchez, Molina, Salas, & alij, alibi à me refutati in tract. de legib.

* A ibi laud in Resoluc. tionibus, que hic sunt in tom. 6. tr. 1. R. fol. 70. 71. 72. & in multis alijs positus in annot. Ref. 1. huius not.

RESOL. XXXIV.

An Religiosus possit præbere aliquod munus Religioso eiusdem Monasterij?

Et an hoc etiam extendatur, non solum ad Religiosos eiusdem Monasterij, sed etiam ad alios Religiosos eiusdem tamen Religionis?

Et an res comestibiles receptæ cum licentia Prælati possint dispensari in extraneos in magna quantitate, & non obtante, quod sint magni pretij? Ex part. 1. tr. 6. Refol. 39.

§. 1. **N**egatiuè respondet Coriolan de cas. reserv. p. 2. cas. 8. n. 6. si præbeat rem notabilem.

Et si quis scire velit, in qua quantitate hoc fieri liceat, respondeo cum Ledesma in addit. tom. 2. cap. 4. dub. 6. fol. mibi 95. vbi sic asserit: *Si vn Religioso da à su compañero vn Rosario, ò vnos cochillos, ò vnos lienços de narizes, que en dineros valdrian diez, ò doze reales, no tendria escrupulo: que el Religioso los diese à otro Religioso del mismo Conuento. Lo mismo digo de otras cosas parecidas, y semejantes, que no se pueden poner à qui por ser tan menudas; como sean deste precio poco mas, ò poco menos, no ay que tener escrupulo de pecado de propiedad contra el voto de la pobreza.* Ita ille qui non solum hoc extendit ad Religiosos eiusdem Monasterij, sed ad alios Religiosos, eiusdem tamen Religionis. Et hanc sententiam docet Peirinus de Relig. tom. 2. cap. 2. quaest. 2. §. 6. qui etiam notat, res comestibiles receptas cum licentia Prælati, posse dispensari in extraneos, in magna quantitate, & non obtante, quod sint magni pretij: quia in istis semper præsumitur licentia Prælati. Sed an hæc omnia in præsentî Resolnt. posita sint probabilia in praxi, remitto me arbitrio aliorum.

Sup. hoc in Refol. seq. & supra lege doctrinâ §. vlt. Ref. 23.

RESOL. XXXV.

An si Religiosus det alteri Religioso eiusdem Monasterij libros, vel alia magni valoris, peccet contra votum paupertatis? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Ref. 20.

§. 1. Ad